

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**P.Terentij sex: || quae extant: Comoediae. An= || dria.
Eunuch[us]. Heautontimo= || rumenos. Adelphi. Ecyra. ||
Phormio. || ... [qui]= || b[us] erudita Philippi Mele Brettani
p̃posita est epi || stola ... || ...**

Terentius Afer, Publius

Lipsiae, 1519

De quadrisyllabis

[urn:nbn:de:bsz:31-114211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-114211)

¶ Pyrrichius, quem alii Dibrachum, alii Aegeona appellant, duabus constant breuibus, ut pater.

¶ Spondeus, duabus syllabis longis, tēporib⁹ quatuor, ut musæ

¶ Iambus, ex breui & longa, ut dies.

¶ Trochæus, quem quidam Choreum uocant, ex longa & breui ut musa.

DE TRISYLLABIS.

¶ Dactylus trium est syllabarum qui prima longa, & duabus cōstat breuibus, ut secula.

¶ Anapestus, quem quidam Antidactylum nuncuparunt, habet duas breues, & unam longam, ut domino.

¶ Tribrachus, quem quidam Brachysyllabum, alii Trinocleon nonnulli Pygmæona, plæriq; etiam Choreum, tribus cōstat breuibus, & totidem temporibus, ut dominus.

¶ Amphibrachus, quem alii Ianium, alii Scolium uocant, ex breui & longa & breui, ut parentem.

¶ Amphimachus, quem alii Fescenninum dixerunt, alii Creticum constat ex longa, & breui, & longa, ut nomini.

¶ Bachius, ex breui & duabus longis, ut amori.

¶ Palimbacchius, ex duabus longis & breui, ut natura.

DE QVADRISYLLABIS.

¶ Proceleusmaticus ex quatuor breuibus, ut anicula.

¶ Dispondeus ex duobus spondeis. i. ex quatuor lōgis, ut fortunatis

¶ Diambus ex breui, & longa, & breui & longa, ut Apollini.

¶ Ditrochæus, ex longa, breui, longa, breui, ut fulminabit.

¶ Antispastus ex Iambo & Trochæo. i. ex breui & longa, lōga & breui, ut amabare.

¶ Choriamb⁹, ex longa, duabus breuibus & longa, ut Dardanidæ

¶ Ionicus maior, ex duabus longis & totidem breuib⁹, ut labētibus.

¶ Ionic⁹ minor ex duabus breuibus & duabus lōgis ut lachrymabāt.

¶ Pæon primus, ex longa & tribus breuibus, ut nobilior.

¶ Pæon secund⁹, ex breui & longa, & duabus breuib⁹, ut Cupidinis

¶ Pæon tertius, ex duabus breuib⁹, longa & breui, ut labyrinthum.

¶ Pæon quartus, ex tribus breuibus & una longa, ut animitas.

